Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8142
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Et idem auctoritate Rasis Begaar est la-
pis citrinus mollis nō habens saporē, nō
et lapis est vergens ad citrinitatē et albe
dinē habens colorē vini, et est splendēs sicut
lumē, et ē levis, posse. Serapio. Lapis Be-
gaar cōuenit venenis, Et quādo bibitur ex
eo pondus duorū grānorū ordei, aut limimen-
tū fiat cū eo supra morsus, liberat a morte.
et expellit venenū p sudorē. Et qn ponitur
lapis iste ī anulo, et ponit² in ore illius, qui
sūpsit venenū, et fugit eū aliquātulū, cōue-
nit ei valde, Et qn tangit² cum illo lapide
anuleus scorpionis phibet ab eo potentiam
pungendi Et si teritur ex eo pondus duor
granorū ordei, et dissoluatur in aqua, et
ponat² in ore serpentis suffocat ipm statim
et occidit Et ego vidi in ipso sufficientiam
ad auferēdū nocumētū Et erat lapis ille que
vidi, vergens ad citrinitatē et albedinē habēs
colorem vini, et cū hor erat levis splendens
sicut lumen. Etiā vidi in eodē sufficientiam
illā, quā nō vidi ī alia medicina simplici-
ssimo qd etiā nō vidi in triciatis compositis.
Unde lapis iste begaar cōuenit veneno scor-
pionis qn portat² in anulo, et sculpe in eo
ymaginē scorpionis, signo sagittario asten-
dente, deinde sigilla cū eo olibanū existēte
in scorpione, qd tritū exhibe patienti ad po-
tandū, et euadet ab dallaanarach idest a
veneno, Vidi lapidē Begaar Amamari
custoditore legis dei Et est verū, quia ipse

nio ibi diligent

242